ac filio eiusdem sororis suę Theoderico Hallo conveni ibique in presentia avunculi mei marchionis scilicet Cůnradi, marchionis Adelberti ac filiorum suorum Ottonis, Theoderici, Ottonis et ceterorum nostrę terrę nobilium Lodewici de Wippere, Burchardi de Valchensteine, Esici de Burnestede, Burchardi Magdeburch prefecti, Friderici de Horenburch ipsa amita mea abbatissa XXV mansos cum servis et ancillis, reditibus et exitibus, seu quibuscumque usibus ad eos pertinentibus me consentiente et meo advocato hereditavit ea ratione, ut ex his bonis XV mansos absque heredum contradictione dandi vel offerendi liberum haberet arbitrium. Quos eosdem XV mansos ęcclesię beati Cyriaci in Gerenroth per manum eiusdem ęcclesię advocati marchionis videlicet Adelberti contulit. Hęc autem oblata bona in his villis sunt sita. In Uphusen IIII mansi et dimidius, in Storcheweze VII mansi, in Zevlize III mansi. Ut autem hęc oblatio amitę meę eo firmior et stabilior sit in omni superventura posteritate, has litteras in testimonium liberę donationis sigilli mei impressione signavi.

Anno dominice incarnationis MCLII, indictione XIIII, XVI kalendas marcii, actum in Gerenroth.

(SJD.)

234.

König Friedrich I. giebt dem Abte Wibold von Corvey eine Gesammtbestätigung der Privilegien für die Stifter Corvey und Herford. — Zeuge: Markgraf Konrad und seine Söhne.

Merseburg, 1152 Mai 18.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Münster.

Gedr.: Philippi - Wilmans, Kaiserurkunden der Prov. Westfalen 2,314. Stumpf 3626.

Anm.: Die Zeugen scheinen von derselben Hand später nachgetragen zu sein, jedenfalls war das Siegel bei Niederschrift der Zeugen schon aufgedrückt, da die letzte Zeile der Zeugenaufführung ihm ausweichen mußte. Vergl. Ficker, Beiträge 2,78. Die Kanzlerunterschrift scheint von anderer Hand als die Signumzeile und später als das Monogramm gefertigt.

— — Testes vero hi affuerunt. Sveno rex Danorum, qui ibidem regnum suscepit de manu domni regis, Knvt alter Danus, qui ibidem regnum in manu domni regis refutavit. Hartwigus Bremensis archiepiscopus. Othelricus Halberstadensis episcopus. Burchardus Argentinensis episcopus. Wikmannus Cicensis episcopus. Daniel Pragensis episcopus. Bernhardus Patherbrunnensis episcopus. Heinricus Mindensis episcopus. Heremannus Ferdensis. Anshelmus Havelebergensis. Emehardus Michelembergensis. Wikkerus Brandeneburgensis. Marquardus Fuldensis abbas. Heinricus Heresfeldensis abbas. Arnoldus Niemburgensis abbas. Heinricus dux Saxonię. Domnus Welpho avunculus eius. Conradus marchio de Misna et filii eius. Marchio Adelbertus et filii eius.

:Signum domni Fritherici Romanorum regis invictissimi.: (M.) (SJD.)

:Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Moguntini archicancellarii recognovi.:

Data in curia Mersburch[a]) anno incarnationis domini MCLII, indictione XV, anno domni Fritherici Romanorum regis I; actum in Christo feliciter amen XV kal. iunii[b]).

234. *a)* In — Mersburch *scheint nachgetragen.* *b)* amen — iunii *nachgetragen.*